450.

Kaiser Friedrich II. bestätigt auf Bitten des vor ihm erschienenen Erzbischofs Nikolaus von Bisanz den durch Konstitution seines Sohnes König Heinrich und durch Urtheil der Fürsten geschehenen Widerruf aller von den Bürgern von Bisanz eidlich gemachten Einungen, Konstitutionen und Neuerungen, nachdem ihm über den Brief des Königs und das Urtheil der Fürsten Zeugnißschreiben der Aebte von St. Vincenz zu Bisanz und Bellevaux vorgelegt waren. — Zeuge: Landgraf Heinrich.

Ravenna, 1231 Dez.

Hdschr.: Kop. (Saec. XVIII) Fonds Moreau No. 887 fol. 251. Nationalbibliothek Paris.
Gedr.: Huillard-Bréholles, Hist. dipl. Frid. II. IV. 1,279. Böhmer-Ficker 1920.

— — Huius autem rei testes [sunt]: B[ertholdus] patriarcha Aquileiensis. .. Madeburgensis archiepiscopus. E[cbertus] Babimbergensis, S[ifridus] Ratisponensis imperialis aule cancellarius, H[einricus] Vormatiensis, .. Osemburgensis et N[icolaus] Reginensis episcopi. A[lbertus] dux Saxonie. O[tto] dux Meranie. B[ernhardus] dux Karinthie. H[einricus] landgravius Thuringie. Comes Henricus de O[rtemberch]. Comes Henricus de Nassowe. Warnerius de Bollandu et alii quam plures.

Datum Ravenne anno dominice incarnationis mccxxx primo, mense decembri, quinta indictione, imperante domino nostro Frederico, dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege, anno imperii eiusdem duodecimo, regni Ierusalem septimo, regni vero Sicilie trigesimo quarto; feliciter amen.

451.

Landgraf Konrad erläßt zu seinem, seines Vaters und seiner Geschwister Seelenheil dem Kloster zu Rohr die Verabreichung des Hafers, das Landgrafenfutter genannt, aus Ettenhausen.

1231 [September—Dezember].

Hdschr.: Moderne Abschrift der Koppenfelsschen Sammlung vol. XVIII. fol. 253ᵃ. Geh. Haupt- und Staatsarchiv Weimar.
Gedr.: Arndt, Archiv der Sächs. Gesch. 2,281.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Cunradus dei gratia iunior landgravius omnibus in perpetuum. Quia presens etas dolos cudit in gestis hominum, decet, ut, que gerantur in tempore, litterarum habeant firmamentum. Ideoque ad notitiam singulorum volumus pervenire nos pro remedio patris, fratrum, sororum et nostro religioso loco in Rore avenam nobis dandam de Hattenhusen, que dicitur landgrefenvuter, divina motos pietate in perpetuum relaxasse. Ne vero pium factum nostrum convelli valeat et deleri, sigilli nostri munimine duximus perpetuo roborandum. Preterea qui hoc factum irritare presumserit, Iude traditoris sententia feriatur, servator quoque portionem cum angelis adipisci mereatur. Huius rei testes sunt: R[udolfus] pincerna de Varila. Tuto de Lapide. Cunradus de Elbene. Reinhardus de Wizenhusen. Bernoldus sculthetus et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini millesimo ccxxxi, indictione v. Ego Albertus Smelingus notarius iam dicti domini landgravii omnibus his interfui et manu mea subscripsi.